

2. GAIUS, lib. 6, ad Edictum provinciale.

Si ex pluribus, ad quos eadem hereditas pertinet, quidam adierint, quidam adhuc deliberent, eos, qui adierint, si petant hereditatem, non majorem partem petere debere, quam habituri essent ceteris adeuntibus: nec eis proderit, si ceteri non adierint: non⁷ adeuntibus autem ceteris, poterunt tunc partes eorum petere, si modo ad eos pertinent.

3. ULPIANUS, lib. 17, ad Plautium.

Antiqui libero ventri ita prospexerunt, ut in tempus nascendi omnia ei iura integra⁸ reservarent: sicut apparuit in iure hereditatum: in quibus, qui post eum gradum sunt agnitionis, quo est id, quod in utero est, non admittuntur⁹, dum incertum¹⁰ est, an nasci possit: ubi autem eodem gradu sunt ceteri, quo et venter, tunc que portio in suspenso esse debeat, quæsiuerunt: ideo, quia non poterant scire, quod nasci possunt: ideo, [nam] multa de hujusmodi re tam varia, et incredibilia creduntur, ut fabulis adnumerentur. Nam traditum est, [et] quatuor pariter pueras a matrefamilias natas esse: alioquin tradidere non leves autores, quinque quaternalis enixa Peloponnesi, multas Ægypti uno utero septenos. Sed et tergeminos senatores cinctos vidimus Horatos. Sed et Lælius scribit, se vidisse in Palatio mulierem liberam¹¹, quæ ab Alexandria perducta est, ut Hadriano ostenderetur, cum quinque liberis, ex quibus quatuor eodem tempore enixa (inquit) dicebatur: quintum, post diem quadragesimum. Quid [est] ergo? Prudentissime juris autores medietatem quandam secuti sunt, ut quod fieri non rurum admodum potest, intuerentur: id est, quia fieri poterat, ut tergemini¹² nascerentur, quartam partem superstiti filio adsignaverint: τὸ¹³ ἔτη ἀπαρά, η δέ, id est, quod enim semel, aut bis existit (ut ait Theophrastus) παραπλαινούσα, id est, pretereunt legistores. Ideoque et si uim paritura sit, non ex parte dimidia, sed ex quarta interim heres erit.

4. ULPIANUS, lib. 18, ad Edictum.

Et, si pauciores fuerint nati, residuum ei pro rata ad crescere: si plures, quam tres: decrescere de ea parte, ex qua heres factus est.

5. PAULUS, lib. 17, ad Plautium.

Illud sciendum est, si mulier prægnans non sit, existimet autem prægnans esse, interim filium heredem esse ex asse¹⁴, quanquam ignorret se ex asse heredem esse. — § 1. Idem est in extraneo, si ex certa portione heres institutus sit: ex reliqua, posthumis. Quod si forte ita institutio facta est, quocumque mili¹⁵ nati erunt, et Lucius Titius pro virilius portionibus heredes mihi sunt: habebit hesitationem, numquid adire non possit, atque qui in testamento portionem suam nescit? Sed utilius est, posse eum adire, qui¹⁶ nescit portionem, si cetera, quæ oportet eum scire, non ignoret.

6. ULPIANUS, lib. 6 Opinionum.

Sorori, quam coheredem fratribus quatuor in bonis matris esse placuit, quinta portio, pro portionibus, quæ ad eos pertinuit, cedet: ita ut singuli in quarta, quam antehac habere credebantur, non amplius ei quantum cohererant. — § 1. Sumptus, qui propter onera totius hereditatis justi sunt, ei, qui patroni¹⁷ jure portionem evicerit, pro rata computentur.

7. JULIANUS, lib. 8 Digestorum.

Non possumus consequi per hereditatis petitionem id, quod familia herciscundæ judicio consequimur, ut a communione discedamus¹⁸: cum ad officium judicis nihil amplius pertineat, quam ut partem hereditatis pro indiviso restituiri mihi jubeat.

8. Idem, lib. 48 Digestorum.

Permitendum erit possessori hereditatis, partem quidem hereditatis defendere, parte vero cedere. Nec enim prohibet, aliquem totam hereditatem possidere, et partem scire dimidiad ad se pertinere, de altera parte controversiam non facere.

9. PAULUS, lib. 5 Epitomarum Alfeni Digestorum.

Cum multi heredes instituti essent, ex his unus in Asia erat, ejus procurator venditionem fecit, et pecuniam pro parte ejus abstulerat: postea apparerit, eum, qui in Asia erat, anteá decessisse, instituto ex parte dimidia herede procuratore suo, et ex parte, alio: quæsitum

⁷ L. 25, in fin. supr. de inoff. testam. — ⁸ L. 7, L. 26, supr. de statu homi; L. 1, § 8, supr. unde cognati. — ⁹ d. L. 1, § 8; L. 2, in pr. inf. de suis et legit. — ¹⁰ L. 3, § 2 ult. supr. h. t.; L. 28, in fin. supr. de judicia. — ¹¹ L. 7, in pr. inf. de reb. dubi; L. 56, § 2 ult. inf. de solution. — ¹² d. L. 7, in pr. inf. de reb. dubi; L. 26, circa fin. inf. de solution. — ¹³ L. 3, 4, 5, 6, supr. de legis; L. 64, inf. de reg. jur. — ¹⁴ L. 50, § 6, inf. de adquir. vel omit. hered. L. 3, § 10, inf. de suis et legit. — ¹⁵ L. 21, § 2 ult. inf. de adquir. vel omit. hered. — ¹⁶ Add. L. 15, inf. de religios. — ¹⁷ L. 1, in pr. inf. famili. creise. — ¹⁸ Immo

est, quemadmodum pecunia ex hereditate petenda esset? Responsum est, ab eo, qui procurator ejus fuisset, totam hereditatem, quia ex hereditate ea pecunia fuisse, quæ ad procuratorem ex venditione pervenisset, pertece eos oportere: et nihilominus partem dimidiata hereditatis a coheredibus ejus ita fore, sive omnis ea pecunia penes eum, qui procurator fuisset, resideret, ut omnem per judicem ab eodem recuperarent: sive is partem dimidiata coheredi suo reddidisset, ipsum ex dimidia parte, [et] ex dimidia coheredes ejus condemnarent.

10. ULPIANUS, lib. 6 Quæstionum.

Cum heredis ex parte instituti filius, qui patrem suum ignorabat vivo testatore decessisse, partem hereditatis, nomine patris, [ut] absentes, administraverit, et pecunias distractis rebus, acceperit, hereditas ab eo peti non potest¹⁹: quia neque pro herede, neque pro possessore pretia possidet, sed ut filius patris negotium curavit: negotiorum autem gestorum actione ceteris coheredibus, ad quos portio defuncti pertinet, dabitur. Illud [enim] utique non est metuendum, ne etiam patris (a quo forte exhereditatus est) teneatur heredibus, quasi negotia hereditaria gesserit: cum id, quod administravit, non fuerit paternæ hereditatis. Nam et si negotiorum gestorum actione sit ei, cuius nomine perceptum est, ei, cuius nomine, restitui aequum est. Sed in proposito neque patris negotia fuerunt, qui esse desierat: neque paternæ successio[n]is, quæ fuerunt alterius hereditatis. Quod si filius iste patri suo heres extitit, et moverit controversiam, quod pater ejus, postquam heres extitit, mortem obierit, ille tractatus incurrit, an ipse ibi causam²⁰ possessionis mutare videatur? Quoniam tamen qui negotia hereditaria gessit, et debitor esse coepit, postea faciens controversiam hereditatis, ut juris possessor, conveniunt, idem etiam in hoc filio respondendum erit.

TIT. V.

DE POSSESSORIA HEREDITATIS PETITIONE.

1. ULPIANUS, lib. 18, ad Edictum.

Ordinariu[m] fuit, post civiles actions heredibus propositas, rationem habere pretorem etiam eorum, quos ipse velut¹ heredes facit, hoc est, eorum, quibus bonorum possessio data est.

2. GAIUS, lib. 6, ad Edictum provinciale.

Per quam hereditatis petitionem tantudem consequitur bonorum possessor, quantum² superioribus civilibus actionibus heres consequi potest.

TIT. VI.

DE FIDEICOMMISSARIA HEREDITATIS PETITIONE.

1. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

Ex ordine occurrit actio, quæ proponitur his, quibus restituta est hereditas. Nam quisquis suscepit restitutam hereditatem ex senatusconsulto, ex quo actions transeunt, fideicommissaria⁴ hereditatis petitione uti poterit.

2. PAULUS, lib. 20, ad Edictum.

Quæ actio eadem recipit², quæ hereditatis petitio civilis.

3. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

Nec interest, mihi quis rogatus fuerit restituere, an heres, cui extisset⁵. [Et] si bonorum possessor sim ejus, cui fideicommissaria hereditatis relicta est, vel alius successor, per hanc actionem experiri poterit. — § 1. Hanc actionem sciendum est adversus eum, qui restituit hereditatem, non competere⁶. — § 2. Haec autem actions mihi dantur, quæ heredi, et in heredem⁷ competent.

translata coaluit, et radices immisit, Varus et Nerva utilem in rem actionem dabant: nam si nondum coaluit, mea esse non desinet¹⁶. — § 4. Cum in rem agatur, si de corpore conveniat, error autem sit in vocabulo, recte actum esse videtur¹⁷. — § 5. Si plures sint ejusdem nominis servi, puta plures Erotes, nec appareat, de quo actum sit, Pomponius dicit nullam fieri condemnationem.

6. PAULUS, lib. 6, ad Edictum.

Si in rem aliquis agat, debet designare¹⁸ rem: et utrum totam, an partem, et quotam petat: appellatio enim rei non genus, sed speciem significat. Octavenus ita definit, quod infecte quidem materie pondus, signata vero numerus¹⁹, facta autem speciem dici oportet. Sed et mensura dicenda erit, cum res mensura contingebit. Et, si vestimenta singularium rerum petitionis. — § 1. Quæ specialis in rem actione locum habet in omnibus rebus mobilibus, tam animalibus, quam his, quæ anima carent, et in his, quæ sole continentur. — § 2. Per hanc autem actionem liberæ personæ, quæ sunt juris nostri, utpote liberi, qui sunt in protestate, non petuntur: [petuntur] igitur, aut prajudicis⁵, aut interdictis⁴, aut cognitione prætoria: et ita Pomponius lib. 37. *Nisi forte*, inquit, *adjecta causa quis vindicet*: si quis ita petit filium suum [vel] in potestate²⁰ ex iure romano, videtur mihi [et] Pomponius consentire, recte eum egisse: ait enim, adjecta causa *ex lege Quiritum* vindicare posse. — § 3. Per hanc autem actionem non solum singularis res vindicabuntur, sed posse etiam gregem vindicari⁶ Pomponius libro Lectionum 23 scribit: idem et de armento, et de equito, ceterisque, quæ gregatim habent, dicendum est: sed enim gregem sufficiet ipsum nostrum esse, licet singula capita nostra non sint⁷: greci enim, non singula corpora vindicabuntur.

7. Idem, lib. 11, ad Edictum.

Si is, qui obtulit se fundi vindicationi, damnatus est, nihilominus a possessore recte petitur²¹, sicut Pedius ait.

8. Idem, lib. 12, ad Edictum.

Pomponius lib. 56 probat: si ex aequali partibus fundum mihi tecum communem, tu et Lucius Titius possideatis, non ab utrisque quadrantes petere me debere, sed a Tito, qui non sit dominus, totum semissem. Alter atque si certis regionibus possideatis cum fundum: nam tunc sine dubio et a te et a Tito partes fundi petere me debere: quotiens enim certa loca possidebuntur, necessario in his aliquam partem meam esse: et ideo te quoque a Tito quadrante petere debere. Quæ distinctio neque in re mobili, neque in hereditatis petitione locum habet: numquam enim pro diviso possideri potest.

9. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

Officium autem judicis in hac actione [in] hoc erit, ut judex inspiriat, an reus possideat: nec ad rem pertinebit, ex qua causa possideat: ubi enim probavi rem meam esse, necesse habebit possessor restituere, qui non obiecti aliquam exceptionem. Quidam tamen, ut Pegasus, eam solam possessionem putaverunt hanc actionem complecti, que locum habet in interdicto *uti possidetis*, vel *utrubi*: denique [ait], ab eo, apud quem deposita est, vel commoda, vel qui conduxerit, aut qui legatorum servandorum²² causa, vel dotis²³, ventrisque nomine in possessione esset, vel cui damni infecti nomine non cavebatur, quia hi omnes non possident, vindicari non posse. Puto autem, ab omnibus²⁴, qui tenent, et habent restituendi facultatem, peti posse.

10. PAULUS, lib. 21, ad Edictum.

Si res mobilis petita sit, ubi restituiri debet, [scilicet] si praesens non sit? Et non malum est, (si) bona fide possessor sit is, cum quo agitur, aut ibi restituiri, ubi res sit, aut ubi agitur: sed sumptibus petitoris, qui extra cibaria in iter vel navigationem faciendi sunt.

11. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

Nisi [si] malit petitor suis impensis et periculo ibi, ubi judicatur, rem restituiri: tunc enim de restitutione cum satisfactione cavebitur²⁵.

12. PAULUS, lib. 21, ad Edictum.

Si vero malæ fidei sit possessor, qui in alio loco eam rem nanctus sit, idem statui debet. Si vero ab eo loco, ubi lis contestata est, eam subtrahat alio transtulerit, illic restituere debet, unde²⁷ subtraxit, sumptibus suis.

13. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

Non solum autem [rem] restitui, verum et si deterior²⁸ res sit facta, rationem judex habere debebit. Finge enim debilitatum hominem, [vel verberatum], vel vulneratum restituiri: utique ratio per judicem habebi¹ tur, quanto deterior sit [factus]: quamquam et legis Aquilæ actione

infr. de legat. — ¹² L. 34, in pr. inf. de adquir. vel amitt. possess. — L. 4, C. de testam. — ¹³ L. 1, § 2, 3, 4, L. 25, in pr. inf. de reb. dubi; L. 36, in pr. inf. de reg. jur. — ¹⁴ Arg. L. 49, in fin. inf. eod. — ¹⁵ L. 44, inf. de eod. — ¹⁶ L. 15, in fin. inf. de reb. dubi; L. 36, in fin. inf. de reg. jur. — ¹⁷ L. 7, in fin. inf. de reg. jur. — ¹⁸ L. 27, in pr. inf. de condit. et demonstr. — ¹⁹ L. 21. *Vide tomen L. 51*, in fin. inf. de re judicat. — ²⁰ L. 30, in pr. inf. de oblig. et act. — ²¹ L. 19, in pr. inf. com. res divisi. — ²² L. 25, Inst. d. t. — ²³ L. 12, in fin. inf. de adquir. vel. domin. — ²⁴ L. 52, § 20, in fin. inf. de legat. — ²⁵ L. 7, in fin. inf. de divers. temporal. præs. — ²⁶ L. 26, in fin. inf. ad municipi. — ²⁷ L. 2, in fin. inf. depositi. — ²⁸ Add. L. 36, § 1, in pr. inf. h. t.

tio sit facta, uti in rem actione potest⁷: postea, non poterit. — § 1. Si servus mihi, vel filius familiæ fundum vendidit, et tradidit, habens libera peculii administrationem; in rem actione uti potero. Sed et si, domini voluntate⁸, fidomini rem tradat, idem dicendum erit: quemadmodum cum procurator voluntate domini vendidit, vel tradidit, in rem actionem mihi præstabit.

42. PAULUS, lib. 26, ad Edictum.

Si in rem actum sit, quamvis heres possessoris, si non possideat, absolvatur, tamen, si quid ex persona defuncti⁹ commissum sit, omnimodo in damnationem veniet.

43. *Idem*, lib. 27, ad Edictum.

Quæ religiosis¹⁰ adhærent, religiosa sunt: et idcirco, nec lapides inadificati, postquam remoti sunt, vindicari possunt: in factum autem actione petitor extra ordinem subvenitur, ut is, qui hoc fecit, restituere eos compellatur. Sed si alieni, sine voluntate domini, inadificati fuerint, et nondum functo monumento, in hoc detracti erunt, ut alibi reponerentur¹¹, poterunt a domino vindicari: quod si in hoc detracti erunt, ut reponerentur, similiter dominum eos repetere posse constituit.

44. GAIUS, lib. 29, ad Edictum provinciale.

Fructus pendentes pars fundi videntur¹².

45. ULPIANUS, lib. 68, ad Edictum.

Si homo sit, qui post conventionem restituatur, si quidem a bona fidei possessor, puto cavendum esse de *dolo solo* debere: ceteros, etiam de culpa sua: inter¹³ quos erit et bona fidei possessor post item contestata.

46. PAULUS, lib. 40, ad Sabinum.

Eius rei, que per in rem actionem petita, [tanti] estimata est, quanti in item actor juraverit, dominum statim ad possessorem pertinet¹⁴: transgesisse enim cum eo et decidisse videor eo pretio¹⁵, quod ipse constituit.

47. *Idem*, lib. 47, ad Plautium.

Hæc, si res præsens sit: si absens, tunc, cum possessionem ejus possessor nactus sit, ex officia actoris: et ideo non est alienum, non alter [item] estimari a judice, quam si caverit actor¹⁶, quod per se non fiat, possessionem ejus rei non traditum iri.

48. PAPINIANUS, lib. 2 Responsorum.

Sumpsus in prædium, quod alienum esse apparuit, a bona fide possesse facti, neque ab eo, qui præsumit donavit, neque a domino peti possunt: verum exceptione doli opposita¹⁷, per officium¹⁸ judicis aequitatis ratione servantur: scilicet si¹⁹ fructuum ante item contestatam perceptorum sursumptum excedant: etenim, admissa compensatione, superfluum sumptum, meliore prædicto facto, dominus restituere cogitur.

49. CELSUS, lib. 18 Digestorum.

Solum, partem²⁰ esse ædium existimo²¹: nec alioquin subjacere, uti mare navibus. — § 1. Meum est²², quod ex re mea superest, cuius vindicandi jus habeo.

50. CALLISTRATUS, lib. 2 Edicti monitorii.

Si ager ex emptionis causa, ad aliquem pertineat, non recte hac actione agi poterit, antequam²³ traditus sit ager, tuncque possessio amissa sit. — § 1. Sed heres de eo, quod hereditati obvenierit, recte agit, etiam si possessionem ejus adhuc non habuerit.

51. POMPONIUS, lib. 16, ad Sabinum.

Si in rem actum sit, et in heredem possessoris judicium datum [sit], culpa quoque, et dolus malus heredis in hoc judicium venit.

52. JULIANUS, lib. 53 Digestorum.

Cum autem fundi possessor ante item contestata dolo malo fundum possidere desit, heredes ejus in rem quidem actionem suscipere cogendi non sunt: sed in factum actio adversus eos reddi debebit, per quam restituere cogantur, quanto locupletes ex ea re facti fuerunt.

53. POMPONIUS, lib. 51, ad Sabinum.

Si fundi possessor eum excoluisse, sevissetve, [et postea] fundus evinatur, consta tollere non potest.

⁷ Arg. L. 4, § 3, in fin. inf. d. — ⁸ L. 1, § 3, inf. de except. rei vendi: — L. 9, § 2, in pr. de acquir. rer. domin. — ⁹ Add. L. 5, inf. h. t. — ¹⁰ L. 25, § 1, supr. eod. — ¹¹ L. 59, inf. eod. — ¹² L. 12, § 11, in fin. inf. de instruc. vel instrument. legati: L. ult. § 6, inf. quae in fraud. credi: L. 61, § 8, inf. de fort. — ¹³ Add. L. 51, § 5, supr. de heredit. peti: — ¹⁴ L. 1, L. 3, inf. pro empore. — ¹⁵ L. 7, § 1, inf. de Publician. in rem act. — ¹⁶ Immo vide L. 69, L. 14, in pr. supr. de offic. presid.: L. 12, inf. ad leg. Corn. de sicut: L. 9, § 8, ult. inf. ad leg. Pompej. de parciid. — ¹⁷ Ost. L. 26, in pr. inf. de acquir. rer. domin. — ¹⁸ L. 20, § 14, supr. de heredit. peti: — ¹⁹ L. 69, inf. h. t.

34. ULPIANUS, lib. 6 Opinionum.

Inter officium advocationis²⁴, et rei sue defensionem multum interest: nec propter quis, si postea cognoverit rem ad se pertinere, quod alii eam vindicanti tunc ignorans suam esse adsistebat, dominium suum apudit.

35. JULIANUS, lib. 55 Digestorum.

Si possessor fundi, ante judicium acceptum, duobus hereditibus relictis recesserit, et ab altero ex his, qui totum fundum possidebat, totus petitus fuerit, quin in solidum²⁵ condemnari debeat, dubitari non oportet.

36. *Idem*, lib. 78 Digestorum.

Vindicatio non ut gregis²⁶, ita et peculii recepta est, sed res singulas in cuius legatum peculium est, petet.

37. ALFENUS, lib. 6 Digestorum.

Is, a quo fundus petitus erat, ab alio ejusdem fundi nomine conventus est: quærebatur si alterius eorum jussu judicis fundum restituisset, et postea secundum alterum petitorum [res] judicaretur, quemadmodum non duplex damnum traheret? Respondi: uter prior judex judicaret, eum oportere ita fundum petitori restitui jubere, ut possessori caveret²⁷, vel sisardare, si alter fundum evicisset, eum prestat.

38. PAULUS, lib. 5 Epitomarum Alfeni Digestorum.

A quo servus petebatur, et ejusdem servi nomine cum eo furti agabatur, quærebatur, si utroque judicio condemnatus esset, quid se facere oportet, si prius servus ab eo evictus esset? Respondi, non oportere judicem cogere, ut um tradiceret, nisi ei satisfactionem esset (quod pro eo homine judicium accepisset) si quid ob eam rem datum esset, id recte prestari: sed si prius de furo judicium factum esset, et hominem noxæ dedisset, deinde de ipso homine secundum petitorum judicium factum esset, non debere ob eam rem judicem, quod hominem non traduceret, item estimare: quoniam nihil ejus culpa, neque dolo contigisset, quo minus hominem traduceret.

39. JULIANUS, lib. 6, ex Minicio.

Habitator in aliena ædifica fenestræ et ostia imposuit: eadem, post annum, dominus edificiorum dempsit: quero, is, qui imposuerat, posset ne ea vindicare? Respondi, posse: nam qua alieni ædificiis connecta essent, ea, quamdiu juncta manerent, eorumdem ædificiorum esse: simul atque inde dempta essent²⁸, continuo in pristinam causam reverti.

40. POMPONIUS, lib. 29, ad Sabinum.

Quod infans, vel furiosus possessor perdidit, vel corruptus, impunitum est²⁹.

41. JULIANUS, lib. 6, ex Minicio.

Minicus interrogatus, si quis navem suam aliena materia refecisset, num nihilominus ejusdem navis maneret? Respondi, manere. Sed si in ædificanda ea idem fecisset, non³⁰ posse, Julianus notat: nam proprietas totius navis, carina causam sequitur.

42. PAPINIANUS, lib. 6 Quæstionum.

Si navis a malæ fidei possessore petatur, et fructus æstimandi sunt, ut in taberna et area, qua locari solent. Quod non est ei contrarium, quod de pecunia deposita, quam heres non attingit, usuras præstare non cogitur³¹: nam etsi maxime vectura, sicut usura, non natura pervenit, sed jure percipitur, tamen ideo vectura desiderari potest, quoniam periculum navis possessor petitori prestare non debet, cum pecunia periculum dantis foeneretur. — § 1. Generaliter autem, cum de fructibus æstimandis queritur, constat animadversitatem debere, non an malæ fidei possessor fruiturus sit, sed an petitor frui poterit, si ei possidere licuisset: quam sententiam Julianus quoque probat.

43. *Idem*, lib. 12 Quæstionum.

Si culpa, non³² fraude quis possessionem amiserit, quoniam pati debet estimationem, audiendus erit a judice, si desideraret, ut *adversarius actione sua cedat*: cum tamen prætor auxilium quandoque latus sit, quolibet alii possidente, nulla captione adficetur. Ipsa quoque, qui litis estimationem percepit, possidente, debet adjuvari: nec facile audiendus erit ille, si velit postea pecuniam, quam ex sententia judicis periculo judicati recepit, restituere.

44. *Idem*, lib. 12 Quæstionum.

Si culpa, non³³ fraude quis possessionem amiserit, quoniam pati debet estimationem, audiendus erit a judice, si desideraret, ut *adversarius actione sua cedat*: cum tamen prætor auxilium quandoque latus sit, quilibet alii possidente, nulla captione adficetur. Ipsa quoque, qui litis estimationem percepit, possidente, debet adjuvari: nec facile audiendus erit ille, si velit postea pecuniam, quam ex sententia judicis periculo judicati recepit, restituere.

DIGESTORUM LIB. VI, TIT. II.

64. *Idem*, lib. 20 Quæstionum.

Cum in rem agitur, eorum quoque [nomine] quæ usui, non fructui sunt, restitui fructus certum est.

65. *Idem*, lib. 2 Responsorum.

Emptor prædium, quod a non domino emit, exceptione doli positum, non aliter restituere domino cogetur, quam si³⁵ pecuniam creditoris ejus solutam, qui pignori datum prædium habuit, usurarumque medii temporis superfluum recuperaverit: scilicet, si³⁴ minus in fratribus ante item perceptis fuit: nam eos usuris novis duxata compensari, sumptuum in prædium factorum exemplo³⁵, aequum est. — § 1. Ancillam, quæ non in dotem data, sed in peculium [filia] concessa est, peculio filia non³⁶ legato, mancipium hereditarium esse convenit. Si tamen pater dotis ac peculii contemplatione filiam exheredavit, et ea ratione redditu, nihil ei testamento reliquit, aut eo minus legavit: filiam defensio tuebitur voluntatis.

66. PAULUS, lib. 2 Quæstionum.

Non ideo minus recte quid *nostrum esse* vindicabimus, quod abire a nobis dominium speratur³⁷, si conditio legati vel libertatis extiterit.

67. SCEVOLA, lib. 1 Responsorum.

A tute pupilli domum mercatus, ad ejus refectionem fabrum induxit: is pecuniam inventit: queritur, ad quem pertineat? Respondi: si non thesauri³⁸ fuerunt, sed pecunia forte perdita, vel per errorem ab eo, ad quem pertinebat, non ablata: nihilominus ejus eam esse, cuius fuerat.

68. ULPIANUS, lib. 81, ad Edictum.

Qui restituere jussus, judici non pareat, contendens non posse restituere, si quidem habeat rem, manu militari³⁹, officio judicis, ab eo possessio transfert: et fructum duxata, omnisque causa nomine condemnatio fit. Si vero non potest restituere, siquidem dolo fecit, qui minus possit, is quantum adversarius in item⁴⁰ sine ulla taxatione in infinitum juraverit, damnandus est. Si vero nec potest restituere, nec dolo fecit, quo minus possit, non pluris, quam [quantum] res est, id est, quanti adversarii interfuerit, condemnandus est. Hæc sententia generalis [est: et ad omnia,] sive interdicta, sive actions in rem, sive in personam sunt, ex quibus arbitratus judicis quid restituir, locum habet.

69. PAULUS, lib. 15, ad Sabinum.

Is, qui dolo fecit⁴¹, quoniam possideret, hoc quoque nomine punitur, quod actor cavere ei non⁴² debet, actiones, quas ejus rei nomine habeat, se ei præstaturum.

70. POMPONIUS, lib. 29, ad Sabinum.

Nec quasi Publicianam quidem actionem ei dandam placuit: ne in potestate cuiusque sit per rapinam ab invito⁴³ domino rem justo pretio comparare.

71. PAULUS, lib. 15, ad Sabinum.

Quod si possessor quidem dolo fecit, actor vero jurare non vult, sed quanti res sit, adversarium condemnari maluit, mos ei gerendus est.

72. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

Si a⁴⁴ Titio fundum emeris Sempronii, et tibi traditus sit, pretio soluto, deinde Titius Sempronius heres exiterit, et eundem alii vendiderit et tradiderit, aequum est, ut tu potius sis. Nam et si ipse venditor canem rem a te peteret⁴⁵, exceptione eum summovere. Sed et si ipse possideret, et tu peteres, adversus exceptionem, dominii replicatione uteris.

73. *Idem*, lib. 17, ad Edictum.

In speciali actione non cogitur possessor dicere, pro qua parte ejus sit: hoc enim petitoris munus est, non possessoris⁴⁶. Quod et in Publiciana observatur. — § 1. Superficiorum⁴⁷,

74. PAULUS, lib. 24, ad Edictum.

(Id est, qui in alieno solo superficie ita habet, ut certam pensionem præstaret.)

75. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

Prætor causa cognita in rem actionem⁴⁸ pollicetur.

76. GAIUS, lib. 7, ad Edictum provinciale.

Quæ de tota re vindicanda dicta sunt, eadem et de parte intelligenda

³³ L. 8, § 1, inf. communii divid. — ³⁴ L. 48, supr. h. t.; L. 1, in fin. inf. de pignorib. — ³⁵ L. 48, — ³⁶ L. 12, C. de collatione. — ³⁷ L. 12, § 2, inf. famil. crise; L. 205, inf. de reg. iur. — ³⁸ L. 51, § 1, inf. de adquir. rer. domin. L. 1, in fin. C. de thessaur. — ³⁹ L.